

mentis confirmet, eo ipso tempore quo illi altissima Evangelii mysteria, quae nullam cum natura relationem habent, naturalis iuris historiae immiscerent, & crassa perturbatione involvunt.

XI. Animadvertit *Thomafius*, non unius hominis, aut etatis esse, errores qui altas egerunt radices, evellere. Addit, Reformatores Ecclesiarum evangelicarum, Lutherum, & Calvinum, super rectae rationis vi in interpretando Cœnæ mysterio in extrema contraria abissis. Quod mutuum bellum inter ipsos Patriarchae impedimento fuit, ne uique ad Hugonem Grotium iuris naturae scientia infunderetur. Verba *Thomafii* digna sunt ut describantur. *Insuper diffiduum* (inquit cap. v. §. 2.) *inter duos Reformatores Ecclesiarum evangelicarum, seu protestantium super eodem articulo de sacra Cena, & super actione, questione primaria de usu luminis naturalis in interpretatione sacrorum litterarum oritur, & postea hucque magis magisque auctum, si non unica, certe ex principis causa sua fuit cur ipsa disquisitione necessaria impedita fuerit, & cur potius in utraque Ecclesia duæ illæ classes Scholasticorum, orthodoxorum, & mysticorum, quarum utraque, ut hæcenus monstravimus, illi disquisitioni obstitit, iterum caput erexerint.*

XII. Parera, quæ historiae iuris naturae Censor nollet inserit, me cogunt ut eadem meditando lectoribus proponam. Et quando pereraga utilia lectoribus sunt, haud debent importuna reputari. Sponte itaque, libereque faretur super articulo capitali Reformatorum diffidium, quod hæcenus non extinctum, sed magis magisque auctum est. Ergo necessario consequitur, alterutram partem hereticam esse. Articulus de quo partes disident, fidei est, & quidem fundamentalis. Ut utraque opinio falsa sit, fieri potest; at plus una esse vera nequit. Quid ad hæc Lutherani? Quid Calviniani? Alterutri hæretici nisi necessent. Duorum seculorum intervallo diffidium inter evangelicas Ecclesias extingui non potuit nisi rectæ rationis in sacrarum litterarum interpretatione. Ergo usus privatus rectæ rationis in dirimendis libris quæ passim sultantur in interpretandis divine Scripturæ sensibus, sufficiens index esse nequit. Siquidem Lutherani, Zwingliani, Calvinistæ hæcenus aut bene, aut male ut sunt rectæ ratione, si bene, & diffidium non est extinctum, sed magis auctum; usus privatus rectæ rationis index ineptus est ad lites finiendas: si male, ergo duorum seculorum Lutherani, Calvinistæ, ceterique sectarii damnati sunt.

Porro, si duobus facolis rectæ abusi sunt ratione, impofterum ne futurus erit usus bonus? Quis infectus iveri veritatem, quam sub initium indicavi, nullam videlicet in universali orbe præ Lutherana, Calviniana, Zwingliana reperiri sectam adeo exeam, lupidam, dementemque? Sed hæc obiter, ut Thomafii vestigiis insisterem, eoque confusam, perturbatamque scribendi formam patefacerem.

XIII. Theologos tribuit Thomafius in classes duas, etiam inter Protestantes post natam Reformationem. Alteros Scholasticos, alteros Mysticos vocat. Notiones Theologie scholasticæ, & mysticæ non tradit. Sed, quando ex implexa locutione colligi licet, scholasticam fixolam, pugnatricem; mysticam pacificam, & tranquillam appellat. Narrat, Theologos mysticos vitæ emendationem, atque sanctitatis christianæ cultum argere inter ipsos Protestantes. E contrario Theologos scholasticos in Academiis vitam impiam, & astrictam (inquit §. 6.) promovere. Considerabant Theologi mystici, quod talis vita impia & astricta in omnibus statibus orbis evangelici propagaretur, si eiusmodi studii postea adhiberentur ad functiones ecclesiasticas, aut scholasticas. Ergo credebant melius esse, si loco Theologie polemicæ doceretur Theologia pacifica. Sed metus tamen auctoritatis, & potentie doctrine scholasticæ deterruit viros hos optimos. Contra hos viros optimos ira exardescit §. 8. quod eorum opera confunderebant illorum sermonem. Praxis quippe minime optimis consilis respondebat. Quare pene lacrymatur, quod *Albertus Valesius* *Andrea* excellens ipso iudice Theologus in laqueos mysticæ Theologie incidit. Ex quibus hæc colligit §. 9. *Itaque initio seculi decimi septimi doctrina de virtutibus & vitis, sive de differentis iusti & iniusti, boni & mali, de iure natura &c. tam apud Pontificios, quam apud Evangelicos misserrimo, & pene incurabili morbo laborabat. Scholastici pontificii in libris, qui titulus de iustitia & iure, vel finibus insigneantur, talia dogmata insinuant animis discipulorum quæ scholasticæ incrementum Papatus, & Clericatus, & suppriuebant auctoritatem Principum, & ordinem politicorum, & litterarum. Præterea diversissimas res inter se miscebant, iura naturæ, gentium, Moysi, Indicæ, Græcæ, Romanæ, imperialia, pontificia, colligendo vel delictæ ex ipsis quicquid inde peti poterat ad scopum modo memoratum.*

XIV. Hæc omnia mirum in modum confirmant, *Thomafianam* historiam iuris naturæ esse

esse ingentem mendaciorum, & calumniarum errorum, & antiologiarum consensum. Et, ut a primis hic excerptis initium capiam, instauratio illa mirifica virtutum, discipulorum, & iuris naturæ, quam novus ille legislator Lutherus, & Philippus Melancthon induxerant seculo lecto decimo, penitus non extincta erat etiam apud evangelicos Protestantes initio seculi decimi septimi? Extincta sane, quia, Luthero & Melancthone parentibus, nunquam vixit. Tractatus de iustitia, & iure, quos eisdem Theologi catholici, eos spectant, ut incrementa Papatus promoveant? Papatus suam a Christo, velint, nolint Lutherani, institutionem habet, iuanque auctoritatem. Quam veritatem in tractatu de fide Theologi Romani communiter defendunt. In tractatibus de iustitia & iure, occasione data, controversias quæ dominium in res temporales spectant, quandoque veritatem veritatem habet, Theologos istos ius confirmare sententias auctoritatis sacrarum Scripturarum Græcorum, tum novi testamenti, Patrum, & civilium, & ecclesiasticarum. Et, quod hanc viam insistant, propterea ne Molata, Ludæica, Græca, Romana consanciant? Qui talia blaterat, nonne insanum se prodit? Et profecto idcirco recentissimos errores & fabulas relictis, ut propriis verbis Thomafium depingere.

XV. Pergit Historicus noster describere aberrationes Scholasticorum & Mysticorum. Invenitur §. 12. in protestantibus Doctores, quod Theologos pontificios sine disquisitione totos exercebant. Carpit indyctam IESU societatem his verbis. *Infelix, ut semper fuerit, assuit, ita etiam hic invenitur & Scholasticorum, & Mysticorum classis, §. 11. Quid hic mali, quod utranque Theologiam, cum scholasticam, tum mysticam propagaverit? Quin in eorum gloriam hoc redundat, eoque doctissimi theologis abundante vincunt. Injuria ergo illos Thomafius vellicat. Plura alia, quæ Historicus iste congerit, missa facio.*

XVI. Ioannes Barbeyracus in *laud. prof.* §. 10. iure adversus SS. Ecclesie Patres latyræ finem imponit, omnians saculorum tandem venturum fore in quo & Patres, & eorum studiosi admiratores immo dicam, quæ fruentur, & exultationem amissuri sint. Subdit vero §. 11. Legislatores Lutherum, & Calvinum non modo naturæ scientiam, sed morales doctrinæ, iurisque naturæ sententiam, resinte-grasse. Doler tamen, Calvinum, & Bezam, puresque Lutheranorum crudele dogma de hereticorum punitione defendisse, atque Te-

lencianum in religionis negotio persecutos fuisse. Hæc colligere, qualis fuserit Barbeyraci sensus. Post ad Philoophorum describendas sectas retrocedit, & tandem concludit, *Scholasticorum Theologiam moralem aggestum esse plurimum partium allutarum, corpus confusum abique principis solidi, plenum auctoritatibus Aristotelis, iuris civilis, canonem, Scripturarum, & Patrum: bona esse mixta malis; sed mala prevalere bonis: postremo etatis Casuistis errores monstruosos, & detestandos invenisse.* Hæc ex multis pauci perlinxi, utlectores mei, & præcipue Italia quidam, tandem aliquando respiciant, intelligantque, quinam sint viri illi quos iuris naturæ doctos interpretes exilliant. Aut illorum hominum impietatem, ceccitatem, & imperitiam deprecantur; aut locus. Si illud: inaprobi & ipsi, quod impios Doctores libi in magistros aliquid, & hoc; cæci & ipsi, quod tam pispas tenebras non videant. Nec est quod opponatur illorum doctrinam, & eruditionem dumtaxat magnificare. Quoniam infra patefaciam, si quam illi doctrinam sanam promunt, totam a nostris fursipille, & erodibus atque mendacis sedatam iterum reflexuribus.

## CAPUT V.

Grotii, Seldeni, Hobbesii, Cumberlandi, Puffendorpii, Thomafii, Budæi, Heineccii, in ius naturæ & gentium conatus, & studia.

I. Hæcenus vidimus ex Lutheranis, Calvinianisque Scripioribus præterita caliginosa frenata, obsoletas leges, obsoleta iura, caecutientes Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem, univerique Græciæ Sapientes illius, & christianæ religionis eruditores, auctiores, sanctiorumque Doctores omnes desipisse ad magnum aequalorem Moysem Lutherum usque, qui e tenebrarum captivitate Germanicæ partem in lucem veritatis, & conscientie liberatam afferat. Sed tantum facinus unius non erat brachii, vel duorum. Vix inceptum opus iacuit. Sed quando desperata res videbatur, divina factum providentia est, ut Phœnix Belgicus, HUGO GROTIUS, appareret in mundum, & naturæ gentiumque iura, fere penitus antiquata, ad pristinum revocaret splendorem. Ne latyam me scribere quicquam suspicetur, referam ego hoc in capite dumtaxat opera quæ citati Protestantés ad ius naturæ & gentium illustrandum edidit, & centuras, atque elogia, quæ illi ipsi mutuo in suos hoc de argumento libros, & Auctores tulerant.



paucis perstringam. Itaque Christianus Thomaeus haec de laudato Hugone Grotio scribit. *cit. cap. v. §. 14. pag. 65.* „ Igitur cum summa ignorantia, & consilio, ac suppelio luminis naturalis per aliquot saeculorum decades inter gentes ethnicae, & christianas, & novissime inter protestantes, aequae ac catholicae, tantas radices egisset; quis, quare, praevideat, vel ominare possit, istam confusionem emendari, ac in ordinem redigi unquam posse? Tantum abest ut sperare possit eam emendationem proximae expectandam esse. Sed divina providentia nihil est impossibile. Omnia agit suo, id est debito tempore. Et, ubi error summum attingit fastidium, adventus veritatis appropinquat. Confusio veri, & falsi per Doctores in cathedras Ecclesiasticae, & academicae introducta erat, tres Facultates academicae, theologica, iuridica, philosophica, nugis scholasticis erant addicta. Suscitabat igitur divina sapientia virum, qui neque Doctor ecclesiasticus, neque academicus esset, qui neque Theologiam, neque Iurispudentiam, neque Philosophiam tamquam Professor publicus doceret; simul tamen & egregius Theologus, & excellens Idus, & Philosophus eximus esset. Propagatum erat malum per Orthodoxiam scholasticam, & per Theologiam mysticam in universo orbe eruditorum. Opus igitur erat ut is qui illum erudire deberet, nec Scholasticus esset, nec Mysticus, interim tamen Scholasticorum doctrinam intelligeret. . . . atque eius sufficientiam probe cognosceret. . . . *Talis erat vir incomparabilis, & nunquam satis laudandus, HUGO GROTIUS.*

II. Eadem phrasi scribit Budeus in sua iuris naturae historia §. 32. *Fata tandem dedere HUGONEM GROTIUM, illum iuris naturae vestri vatorem felicissimum, qui restituto suo ritiori huius Philosophiae moralis partis gloriam, apud litteratos, quacumque patet, orbem iam pridem retulit. . . . Hic signum ali-quod ad bene de iure naturali sperandam suffulit, & tanquam primam ingressus esset, quam clarissimi demersit, solertissimi quoque viri satis signavit vestigia.*

III. Haec, licet plus iusto exaggerata, encomia nequaquam invidio Hugoni Grotio; sed inter magnos viros & ego illum suspicio. Prae aliis quo edidit operibus, eminet volumen eruditum plausu exceptum. Et revera, si ius infaustus iret, Grotium nonnullas de bello controversias optimo in lumine collocasse,

is lucere in meridie sole sereno caelo negaret. Sed quod ego magnopere in hoc Auctore admior, est iudicium, prudentia, gravitas, moderatio, sinceritas, quae fontes, un-de aquam in suos derivavit hortos, patefacit. Condemnat ille, ut infra videbimus, in antecessum vel ipsos posteriores suos Reformatos & Protestantas, Scholasticos infensos. Ut tamen pleniorum Grotii notitiam habeas, haec pauca adiciam, quae de eo scribit Iacobus Brukerus Lutheranus in sua Hist. crit. Philosoph. Tom. IV. part. II. cap. IV. §. 10. pag. 747. *Sunt tamen qui eum (Grotium) reprehendunt, quod . . . senio proprio diffidere amicis coepit, incertus quoque eligenda inter Christianos dissentientes sententia haberet. Si aqua illi haesit in seligenda inter dissidentes Christianos religione, nullius religionis hominem non iniuria dixeris. Sed criticem audias velim quam de laudato ipsius opere formavit, quis? Ipse Christianus Thomaeus eius encomiales mirificas, quae post recentia elogia statim cap. VI. §. 2. pag. 69. haec scribit. „ Ut enim tacem eius obcuritatem, quae subinde eius interpretibus occasione dedit multa cum cura in verborum Grotii sensum genuinum inquirendi; ipse Grotius in fundamentalem propositionem iuris naturae non inquit cum debita diligentia; sed nimis superficialiter hoc thema tractavit; forte ne Scholasticos irritaret. Saepae etiam nimis sollicitus est in conquirendis Graecorum, & Latinorum Scriptorum testimonis, dum aliquid iuris naturae & gentium esse probare voluit. Nec legis homonymiam sustulit, sine qua tamen tractatione, in doctrina iuris naturae tuto progredi non licet. Adde, quod lumen revelatum, & naturale ubique fere miscet, & in explicatione textuum Scripturae Rabbinarum, & Sociarum traditiones, & interpretationes nimis attinet: unde occasione sumptum Theologi variis stricturis Grotii doctrinam notandi. Sed & ius gentium non debita diligentia exposuit, supponendo saltem ius gentium esse speciem iuris voluntarii.*

IV. Claudius Salmalius, qui ex Grammatico Idus audire voluit, hanc in Grotium tulle censuram, quam refert Budeus in *hist. iur. nat. ex Thoma Crenio Tom. I. Animadvers. Philolog.* In philoiphicis, si disputandi solertia inspectur, vix medicoribus par est; nec unquam rudi qui minorum vi ratione tinctur; id quod testantur scripta eius, quibus *Rivetus, & Mansus* referuntur. In studio litterarum multos habet pares, & plurimos superiores. In Iure quantum

excelluerit, offendit spatiosum ad ius „ Iulianianum, Librum eius de iure belli „ ac pacis retundam fuisse quidam Pro- „ fessor almae Iuliae, qui amicis aliquot, quos „ vidi, admiravit, se ostentum esse, & nul- „ lam paginam vacare insignibus erratis. „ Professorum antecessum a Salmasio Seldenum esse, advertit Budeus.

V. Religio ergo Hugonis Grotii Calvinistae in discrimen adducit ab ipsis evangelicis Reformatis? Fundamenta iuris naturae perfunctorie nimis delibavit; obscura eius scriptio, atque implexa. Haec duo non levis momenti sunt in principio iuris naturae inflaturae. Porro, si haec de Grotio narrat illi ipsi qui a divina providentia mundo eundem donatum scribant ad extinctum naturae lumen accendendum; quid de iis qui longe in- quierunt. Opus illius de *I. B. & P.* non paucis scetere eruditus fido. At non propterea digna laude fraudandus Auctor celebris est. Quod eidem vitio Thomaeus cum Barbeyra- co, Pufendorfio, ceterisque vertit, nempe & quod saepe Graecorum, & Latinorum testimonia conquisiverit, & quod lumen supernum cum naturali permiscuerit, istorum, non illius, inscitiam demonstrat. Graecos ergo, & Romanos Scriptores consulere Grotius non debuit? Et quosnam ergo? *Thaiphalos, Sarmatas, Cimbricos, Teutonicos?* Lumen naturale cum supernaturali lege coniunxit? Ita sane. Et quoniam haec duo Pufendorfius, Thomaeus, Budeus, Wolfius, ceterisque Lutherani, & Calviniani separaverunt, in turpissimos errores, ac in Pelagianismum prolapsi sunt, ut mox constabit.

VI. Nec solum Hugoni Grotio, verum etiam *Guillelmo Leibnitio* Lutheranorum errori tribuerunt, quod in iis quae intra naturae limites concluduntur, interpretantur, viae non rationis tantum, sed etiam auctoritatis insisterit. Et sic hi duo Phoenices, alter Belgicus, alter Germanus Lipsiensis, aliorum insipientium Protestantium feralia vapulant, propterea quod verum docendi methodum adhibere; cui methodo si adhaesissent illorum ceteros, tam crasse non aberrarent. Et quoniam de Leibnitio (tametsi ille de naturae iure, quod ego sciam, non scripsit) mentio incidit, mea interese admonere, celeberrimum hunc virum, & Hugonem Grotium me semper exceptos velle, dum ceteris Lutheranis, Calvinianisque in hoc opere barbaram, impetitam, & impudentissimam scribendam rationem

improperabo. Siquidem *Leibnitius*, non secus ac *Grotius*, acutum ingenium, vastam eruditionem, unaque moderationem, & iudicium proferit. Nihilominus Iacobus Brukerus *Hist. Phil. T. V. cap. VIII. §. 25. pag. 369.* ex *Ioachimo Langio* haec de Leibnitio scribit. *Disputationis fervori adscribendum esse putamus, quod vir quidam doctus censuit, iudicium decessisse.* Levit haec. Subdit §. 30. pag. 384. *Id nos in praesentia monemus, fuisse haud paucos qui Spinozismum, saltem Desim incensurati culpam Leibnitio, & qui eius hypotheses suas fecit, Wolfio intulerunt. Maxime autem Ruardus Andala Leibnitium Spinozismi acculare non cunctatus est. . . . Non tacendum vero ipsos Testatus Trivoltianus magnus cetera Leibnitii admittentes, cum recentibus Theodicae facta, sententiam nesciverunt, laudata ingenti lectionis & iudicii copia, & tractationis ordine, acuratione, & concinnitate systematica, fateri tamen multos errores Philosophorum summum admisisse, maxime vero optimi mundi afferentem (optimissimum vocant) non nisi larvatum Materialissimum, & Spiritualem Spinozismum involvere, eiusque suspicionem iam antea per harmoniam praestabilitam, brutum immortalem, & immateriam animam eum mensisse. Item pag. 387. Hinc tandem illi adiciendi sunt qui narrant de fato supremo admodum, composito, & frigidio oris huiusmodi decessisse responsi; ceteris quoque hominibus esse mortendum: hisque dictis, mox effussisse animam.*

VII. Nec mirandum haec duo septemtrionis sidera in suspicionem impietatis adducta esse. Equi enim vero fieri potest ut homines revera docti, acuti, eruditi, sicuti *Grotius, & Leibnitius* fuerit, sectam aut Lutheranam, aut Calvinianam professentur? Mihi firma sententia est, virum doctum, aut impium, aut catholicum esse, aut nullam, aut catholicam profiteri religionem. Et reapse Hugonem Grotium inter dissentientes Christianorum sententias in Catholico-Romanum propendisse ferunt. Haec est quod Iacobus Budeus in sua *iur. nat. Hist. §. 24.* relatata hereles conlara in opus de *I. B. & P.* anno 1637. lata ab Inquisitione Romana, haec addit: *Quam feveratam forte non expectasse Grotius, qui multa Romanae Ecclesiae placita etiam in hoc ipso opere suo sine ulla ratione comprobavit.* Ut ut sit de Grotio, & Leibnitii religio, eorumdem eruditionem, ingenium vim, modestiam, moderationemque inter Lutheranos, Calvinianoque in religionis negotio abique exemplo, commendare quisque iure debet. Et, quod nostrum immo- pere interese, ambo hi duo viri summi Lu- the-



theranorum, & Calvinistarum, Pufendorfii, Budæi, Barbeyraci, Thomasi, aliorumque iuris nature Scriptorum iudicium, illationes, vanamque tradendæ iuris nature scientiæ rationem damnant, ut clarius videbitur infra.

VIII. Ioannes Seldenus Anglus Calvinista volumem de iure nature & gentium iuxta Hebræorum disciplinam edidit. Opus istud aggressum Seldenum esse, amulandæ Grotii gloriæ cupiditate actum, scribant Budæus *Hist. iur. nat.* §. 25. Bruckerus *Tom. V. cap. IV. §. 12.* Hoc in opere suo calamo vocant Noachidarum præcepta septem, quæ ius nature spectant. Noachidas Hebræi vocant gentes omnes, ab Hebræa natione distinctas. Præcepta Moïsaica in lege scripta solum populum Iudæum, hæc iuris nature mandata omnes omnino gentes adstringebant. Præcepta ista in classes duas tribuebant. Prioris generis capita septenarium numero concludebantur, suntque sequentia. I. de cultu extraneo. II. de maledictione sanctissimi Nominis. III. de effusione sanguinis, seu homicidio. IV. de illicito concubitu. V. de furtivo. VI. de iudicio. VII. de membro animalis viventis non comedendo. Prima sex iplo rerum initio a Dei hominibus imperata dicunt, vocantque *primordiales leges*; septimum tempore Noachi editæ esse contendunt, quo Deus tum Noachæ, tum ceteris hominibus prohibuit necarem cum sanguine concederet. De his omnibus fule Seldenus, tanta eruditionis copia, ut, inquit Bruckerus *loc. cit.* recondat magis iuris nature decreta quam in apicrum producat. Adversus Seldeni doctrinam plura scribit Samuel Pufendorfus in *Eride Scandica pag. 200. & seq.* Verum ea cum præter institutum nostrum sint, prætereunda censemus.

IX. Impietas plus quam scientia celebrem reddidit Thomam Hobbesium similiter Anglum, alterum iuris nature Scriptorem. De eo hæc scribit Christianus Thomasius *Hist. iur. nat. cap. VI. §. 9. Editio Libellum de Civitate, in quo sententia omnis obligatio, & legis naturalis ex præcepto de pacis servandis deducere voluit.* Non continuo ac libellus editus in lucem fuit, expertus Hobbesius adversarios illi; quæ scilicet, addit ibidem Thomasius, nondum tegerat Hobbesius in illibello regnum tenebrarum, idest Theologiam scholasticam, & artes politicas Papatus, & eius reliquias inter Protestantas. At, postquam ann. 1651. edito *Leviathane*, non solum illas doctrinas in tractatu de Civitate propositas sustulisset, sed etiam in huius sectione ultima, quam de regno tenebrarum inscripsi, in-

quire capisset in arcana politica Papatus &c. statim in Theologorum, academicorum passivum, adversus illum exarsit. Hæc non minus impium, quam Hobbesium, prodant Thomasius. Quid blatero iste passim arcana Papatus crepat? Hæc ne ad iuris nature historiam pertinent? Quæ Thomas Hobbesius in *Leviathane* non contra libros Scholasticorum, sed adversus libros divinos cap. XXXIII. scribit, in medium proferre interet, ut eisdem impietas evidenter pateat. Docet vero libros illos canonicos, idest leges esse in antiqua civitate, quæ summi imperantis auctoritate latae sint. Imperantium omnium Imperatorem Deum quidem esse, & illi a civibus præstandum esse obedientiam, quicquid in contrarium iubeat Rex terrenus. Sed de obedientia Deo præstanda controversiam nullam esse, sed quando, & quid locus sit Deus: itaque ubi sit quibus nulla data est revelatio supernaturalis, fieri non posse, nisi per rationem illam naturalem, quæ pacis, & iustitiæ obtinendæ causa auctoritati summorum potestatum sit submissum. Hæc sub initium, & quæ sequuntur, in fine capitis habet.

Quatenus non differunt Scripturæ a legibus nature, debitum non est quin sint leges Dei, auctoritatemque habeant, omnium qui ratione naturali præditi sunt manifestam. Sed auctoritas hæc alia non est quam quæ doctrinæ omni morali, si vera sit, attribuenda est. Si leges a Deo ipso factæ sint, nempe leges divine positæ, nulla accidenti auctoritate humana, illis legis locus esse, quis Deus ipse ita promulgavit, ut nulla illis per ignorantiam relinqueretur excusatio. Illi igitur quibus Deus non revelavit supernaturaliter, quod Scripturæ ab illo sint, vel eos qui illas prædicant, ab eo missos esse, nulla, ut eas recipiant, auctoritate obligantur, præterquam eius qui summam habet in civitate potestatem. Is enim Legislator solus est. Rursus, si auctoritas civitatis non sit, quæ Scripturæ facit esse leges, auctoritate aliqua alia, vel privata, vel publica id fiet; is solus ad obedientiam tenetur cui Deus illas supernaturaliter pro legibus dicitur. Nam, si nunc quisque pro legibus divinis habere obsequetur quicquid aliquis præterit inspirationis, vel revelationis afferentem (in tanto hominum numero, per ardentiam, vel in tanto hominum numero, phantasmata, insipientiamque pro spiritibus divini testimonio accipientium, vel per ambitionem falso iactantium) impossibile esset ut leges ulla pro divinis agnoscerentur. Si Scripturæ leges fieri non possent sine auctoritate publica, auctoritas illa civitatis erit, vel Ecclesiæ. At Ecclesiæ, si una persona sit, eadem

res est cum civitate: quæ quidem, quia constat ex hominibus, civitas; quæ constat ex hominibus christianis, Ecclesiæ appellatur. Totus autem numerus christianorum hominum, nisi una civitate comprehendantur, non est persona una, neque illa existit persona universalis, cuius auctoritate regendi sunt. Scripturæ ergo non sunt leges per auctoritatem Ecclesiæ universalis. Quod si civitas una esset per totum orbem Ecclesiæ universalis, sequeretur Reges, ceterosque summos pro privatis personis habendos esse; & ab una universali potestate per totum orbem christianum iudicandos, deponendos, & puniendos esse. Quæstio igitur de auctoritate Scripturarum reducitur ad hæc: "Utrum Re-

ges christiani, sique coetus qui in civitatibus christianis summam habent potestatem, liberi sint in suis ipsorum dominis: an UNUS VICARIO CHRISTI subditi sint, ab eo in iudicando, condemnando, deponendo, in terficiendoque potest. Vicario illi expedire bono communi spirituali visum fuerit. "De qua quæstione determinandum non est antequam proprius imperator in iura regni Dei, ut sciamus inde, cuius sit Scripturæ sacras interpretandi auctoritas. Quicumque enim potestatem habet legitimam faciendi ut Scripturæ aliqua pro lege habeatur, potestatem etiam habet eisdem Scripturæ interpretationem approbandi & improbandi.

X. Iacobus Bruckerus *Tom. V. cap. VI. §. 16. pag. 171. & seqq.* hunc ipsum locum ex Hobbesio transcribit, ut eisdem impietatem evincat, sanctionemque esse Scripturarum divinarum. Sed in transcriptione licentiam desideranda est. Initium cum capitulo extremo parte insensit Bruckerus, signo nullo adiecto. Ea negligit quæ Lutheranorum causam evertunt. Adesse animis, Thomasi, Bruckeri, Budæi, Barbeyraci, & quotquot edis Lutherani, Calvinianique omnes. Thomas Hobbesius, vobis fatentibus, impius est. Cur vero impius, nisi quia lumen rationis metiri omnia, vel ipsas Scripturæ divinitus revelatas voluit? Hæc detrudat tandem illa ecclesiæ Philosophia, quam vos miris laudibus extollitis. Huc nova a vobis ratiocinandi in religionis controversiis inuenta fornia necessario impellit. Vos omnes Thomam Hobbesium Philosophum summum, virumque acerrimi iudici deprecantur. At Philosopher ille maximus, acutissimus, sagacissimus loco descripto testatur, Lutheranos, Calvinianisque turbas esse phanaticorum, greges imperitos, somniores, circulatorumque, quorum quique legislatorum supremis, quique index, & arbiter legum, & Scripturarum sedet: turbas esse ad-

eo stupidas, confusaque, ut quique pro ingenio, spiritus privati larva obfusa, atque pro tribunali supremo divinas Scripturas reiciat, aut suscipiat; quique interpretetur sensum verum, aut fallum. Gens Lutherana, & Calviniana adeo a communi sensu, & recta ratione delectionem fecit, ut, sicuti alias diximus, repetendumque læpissus est, nulla in orbem terrarum natio, quantumvis barbara, & effærata, reperitur adeo cæca, & pertinax in religionis negotio, ac sunt Lutherani, Calvinianique. Dixi in doctrinæ negotio; nam in aliis facultatibus doctrinæ, eruditione, ingenio, comitate, & honestate plurimos inter ipsos respiciendos hinc negarem, ineptiorem ipse. Quin summopere dolere afficior, dum acerbius sileo excipere in religionis controversiis cogor. Sed hæc acris loquendi ratio causæ gravitatis, & negotii magnitudinis non iure, quæ nulla afficior, tribuenda est. Siquidem in hac lite Lutheranorum, & Calvinianorum iniuria adeo manifestæ, & splendida est, ut vel ipsorum cecorum oculos percellat. Volunt ipsas divinas Scripturas læpissas, omni visibili iudice sublato, divinitus traditas patetere, verumque sensum singulis prodeire. Faterentur factum, quod publicum est, innumerales nempe Christianorum sectas a tempore promulgatæ legis evangelicæ ad nos ulque extriisse, quarum lingule semper Scripturæ a se stare iactabant. At, cum semper fuerint sectæ oppollite, mutuo se hinc collidentes, alterarum fipitro in sensu divinas Scripturas interpretatam esse necellum est. Ergo necessario admittendus index iuræmus, qui verum sensum definiat, qui litibus religionis causis exortis, finem imponat, qui ordinem, tranquillitatem, unitatem, pacem, societatem in Republica servet christiana. Et, cum Lutherani, Calvinianique veritatem adeo splendendam, luculentamque pernegent a duobus fatculis; idcirco ceciores, pervicacioresque quacumque iudaica, idololatrica, impiæque secta a me reputantur, ipso impio Thoma Hobbesio vade & sponore, qui clamat loco a Iacobo Bruckero, & a me licere excipitro. Quæstio igitur de auctoritate Scripturarum reducitur ad hæc: Quinam sit iste Scripturarum supremus index. An unus Christi Vicarius; an Reges christiani, sique coetus qui sunt man habent potestatem. Auditis, o Lutherani, & Calviniani, Atheismi e sima vestro prodatem, simulque clamantem: Index supremus requiritur, qui & divinitatem, & sensum Scripturarum inter diffidentes Christianos definiat. Quid quod alter quoque Ecclesiæ vestræ filius Antonius Collins, nec



ac Hobbesius. Atheus, vos omnes deridet; ut sub finem istius dissertationis indicabo? Necessitatem istius iudicis supremi experientiam tot sectarum, tot controversiarum, impleque communis sensus, intimaque ratio evincunt. Huc recedit tua difficultas: Quisnam lex iudex iste? Hactenus impius, & Atheista *Thomas Hobbesius* vester, qui in hoc capitali principio, nempe in necessitate admittendi istius supremi iudicis Scripturatum, cum Catholicis plene convenit: votque Lutheranos, & Calvinianos, hanc recitantes iudicis eiusmodi necessitatem, damnat, execratur. Recedit postea a Catholicis, quod ille Regem, seu supremam potestatem civilem, & laicam hunc supremum iudicem esse velit; nos vero Catholici e contrario propugnamus, hunc supremum iudicem esse visibilem Christi Vicarium, caput Ecclesie sponse sue, Pontificem Romanum. Vos, Lutherani, a duobus seculis adversus hanc supremi iudicis auctoritatem nihil, nisi pugnas, & vanissimas rationum alas, vis veterarum aliqua dignas, opposuistis, nullum garantentes: ergo divine Scripture subvertuntur auctoritati humanae. Ineptias istas sane vanissimas millies proficiantur Romane Ecclesie Doctores. Incredibilibus Lutheranis caecitas! Renunt subicere controversias religionis iudicio universae Ecclesiae, tamquam iudici supremo falli nescio; & eas subdant iudicio cuiusque rustici, & idiote hominis. Tantum excitationis portum incredibile apparet; & tamen veritas facti est manifestata, ut in disputatione cum ministro Claudio demonstrat doctissimus *Bosuetus*. Rex, qui iudices in singulis provinciis constituit, ut leges a se lasas interpretentur, nunquam aut supra leges, aut supra scriptum illos evehit? Namquid iudices illi subiecti & Regi, & legibus non sunt? Christi Vicarius cum Ecclesia in sa & divine Scripturis subiectus est, & Christo, cuius vices gerit. Eius auctoritas non efficit ut Scriptura quae non sit reipia divina, evadat divina; aut quae divina est, amplius non sit. Sed eius auctoritas eo spectat, ut Scripturam reipia divinam declarer cetui christiano esse talei; ut lites, super eisdem sensu identidem insurgentes inter Catholicos, componat, definitaque verum eorumdem Scripturarum sensum. In quibus numeribus peragendis, ne erret, Deus peculiariter lumine eidem affudit. En quam facile nuge vestrae, adversus Catholicos excogitata, levis dehicant. Contra *Thomam Hobbesium* avibus fortasse felicitibus argutibus. Admissa supra potestate defendendi Scripturatum sensum, ubinam gentium erit

(clamare merito contra ipsum valetis) non illa conscientiae libertas? Hac positione facta, iterum super cervices nostras cadit reus iugum. Dominatus tyrannicus in fidei recrudescit. Quod dominatus ille papalis sit, ut regalis, perinde est: reponet dubio proci celeberrimus *Philosophus* Anglus *Hobbesius*. Heu vos Lutherani, Calvinianique. Quousque tam insigniter inanis contra rectam rationem, communiaque societatis principia? Vos, *Pufendorfii*, *Thomasi*, *Budaei*, *Wolffi*, in familia patrem, in civitate Regem, in provincia Praesidem, in regno Regem necessario constituendum farsimini ad ordinem societatis constituendum, ad tollendas lites, ad defendendam, protegendamque multitudinem ad hostibus, a periculis. Et, ut in Republica christiana lites componantur, ut tollantur dissidia, ut ab erroribus, a lapsis rapacibus praeserventur greges, ut unitas illa fidei custodiatur, quae universae religionis basis, & fundamentum est, caput supremum, iudicem ultimum, qui Dei vices in hominum regimine gerat, reliquitis, contentim, detestamini? Vah stolidum pecus! Talla dubio procul reponet *Thomas Hobbesius* vester, quem vos, tamquam Phoenicem Britannum, praedicatis. Hac ego divertiendi gratia recitavi, ut aliquid reponerem Lutheranis, Calvinianisque, qui in ipsi rebus philosophicis, in ipsa turis natura historia, ubique recta, & oblique arcana Papas, idololatram papiticam, tyrannidem, sicam Inquisitionis Romane crepant. Nemo ergo mihi vitio verat, si, ut errabundos, & confuse certantes sequar, e via quandoque digredior.

XI. Inter plures qui *Thomae Hobbesii* errores labefecerant, praestitit *Richardus Cumberlandianus*, qui cum adversario manus conseruit, & opus edidit ita inscriptum, *Tractatus philosophicus de legibus naturalibus*. &c. quod a Latino in idioma Gallicum verti laudat *Barbeyracus*, ut intelligibiles redderet scripturam latinam, implexam fane, obscuroque. De hoc *Cumberlandianus* opere alibi ferre reddidit. Omnes in Auctore hoc ingenii vim commendant.

XII. Samuel *Pufendorfius* Lutheranus post *Hugonem Grotium* ceteris sectariis praestitit in explicando iure naturae & gentium. *Christianus Thomafius* in sua *Hist. iur. nat. cap. vi. §. 14. & seq.* vicissitudines, tumultus, bella litteraria, quae *Pufendorfio* peperit illius opera de iur. nat. & gent. distincte recenlet. Narrationis ota capit ille a calumniis Theologorum Romane Ecclesie. *Deceverunt*, inquit, *Scholastici* ad inerte Cleri pontificis, quod mora-

lia non cadant sub demonstrationem, ita ut laici adigerent determinationem actionum iustitiam, & iniustitiam ab ipso Clero, & scholasticis petere. Ubique inanis homo ille. Scholastici ergo, dum iuris naturae & gentium principia, & conlectaria discipiunt, ob oculos habent Cleri pontifici emolumentum? Dum haec nos paradoxa legitimus, miramur, unaque videmus, Lutheranorum levitatem, ne quid opportunitus illorum calumniantium animo pronuntiam. Quis Scholasticorum negavit unquam morum principis evidentiam? Quis illorum allerit, illa demonstrationibus non subitici? Quis e contrario negaverit, nisi fides, in genere morum plures occurrere in dies quantumvis quae regalis boni, & aequi, minime vero demonstrationibus definiti debeant? Ad *Pufendorfium* quod attinet, eisdem citatum opus Londini Scanorum editum anno 1672. magnificis laudibus excolit. & negari haud potest, *Pufendorfium* eruditione, ingenio, & ratione praeditum esse. In pluribus tamen, & quidem potissimum iuris naturae principis, turpiter aberravit; & ab Scholasticis, quos impudenter contemnit, non modo doctrinam, sed vel ipsas scribendi formulas, neque *Tullianas*, neque *Terenianas*, mutuatus est. Adversarios sustulit acerrimos, & vehementes. Ab humanitate, ne dum ab honestate abhorret gravissima impropria quibus se se mutuo proscedunt *Lutherani* illi *Doctores*. *Christianus Nigil* edidit *Christianam Benedictionem adversus impiam, & insaniam maledicentiam Pufendorfii in epistola ad Schererum adhibitam anno 1675.* In eadem istius Benedictionis, in puram, putamque Scabram *Pufendorfium* vocat, claudens illo pio voto, ut *Deus det Pufendorfio patientiam, ut respiciat a laqueis diaboli principis calumniantium, quibus hactenus captivus fuit.*

XIII. *Nicolaus Beckmannus* adeo acerbo sileo exceptus a *Pufendorfio* est, ut *Christianus Thomafius*, in maledicendo nemini secundus, *loc. cit. §. 26.* scribat, fieri vix posse ut homo animi rationali prae datus tantopere inlaniret, quemadmodum *Pufendorfius*, quem impotenti iura abreptum excolat. Adversus *Pufendorfium* libellum famolium edidit *Nicolaus Beckmannus*, cui hanc praestitit titulum, *Nicolaus Beckmanni C.T.I. legitima defensio contra M. Samuelis Pufendorfii execrabiles insidias calumnias, quibus illum contra omnem veritatem, & iustitiam, ut canatus diabolus, & singularis mendaciorum artifex perfidissima sua entia moralia (diabolica puta) tui honesto, & erudito orbi malitiose ac ignominiose exponere voluit*

XIV. Nec miramur, *Pufendorfium* calumnias, maledictis, dicitur impetum ab amulis fuisse. Enimvero, quemadmodum veritas vitiosus, sceleratior, ita clarorum virorum eruditio, scientia, merita praecleara, invidios, luperbos, terricos, moroloque homines percellunt, torquent, vexant, agitant, diciturant. Et ipse experientia didici inter ipsos Catholicos, nemum Lutheranos, Calvinianolique homines reperiri qui, cum non valeant ratione errores suos propagare, ad calumnias, & maledicta confugunt. Nulla itaque nos subit admiratio, *Pufendorfium* ex mulorum aculeis obnoxium fuisse, sed merito etiamdem *Pufendorfii* rusticam, vilem, & praeter modum omnem liberalem defensionem delictum. Singulis fere paginis adversarium suum his alloquitur verbis. *Astinus Tenebrio: imperiosissimus nebulo: nequissimus lyophanta: male peras infame caput. Vale, mi Astin Tenebrio. Novissim in cerebro Astini Tenebriosum tam absurda nase potenter: mi fuisse furor: animal insociabile. Et ut plura omittam, haec feribit *Pufendorfius* *Erid. Scand. pag. 10.* *Niger ille calumniator, nigrae scholae pimplipulus: nigri magistri niger discipulus: nigrae scholae tiro niger. Calumniatorum omnium avelegramus, vel potius oris, aut inferni monstrum: monstrum omnium terribissimum.* His floribus tota asperia est *Pufendorfii* apologia.*

Legit totam *Eridem Scandiam*, ubi petora ostendens. Hi ne praclari morum magistri? Hi catholici, ad imbuendam ad fideitatem morum explanare audent? Quod errores acerboribus censuris plestant, quod fallarum opinionum monstra detestanda represententur, quod opinionones moribus perniciolus quique pro modulo ito insectetur, deridendas, detestandasque majores quae valet eloquentie vi exhibeat, adhibitis etiam errorum nonormitatis congruis vocabulis: nihil in simili scribendi ratione reprehendendum, nihil caritati christiane oppositum; cum erga errores, fallaciae opinionones exerceri caritatis officia nequeant. Verum enimvero personas, Auctorelque ipsos maledictis, improperis, dicituris incellere, ut *Pufendorfius* edit, hominae dedecet honestum, nemum christianum. *Astinus Tenebrio*, seu *Nicolaus Beckmannus* contra *Pufendorfium* libellum edidit hoc inscriptum titulo, *De Magistri Samuelis Pufendorfii Professioe Philosophiae in Carolina Scanorum execrabili iuris doctrina, horrendo atheismo, perveris moribus, & beluina vita brevissime, sed verissime scribit Severinus de Montebano & Tenebriosi Astini iustus censor viridicus, cossanus, qui eo sine*



id facit, ut omnes Litterari ore, corde, & ca-  
lamo pelligerant filii huius seculi, sive Te-  
nebrosius Afinit, hoc est Pufendorfii, doctrinam  
excipere conentur. In Accademia Cætoniana  
calamitatis & risu Pufendorfi contraria. Nar-  
ratur Bruckerus Tom. V. cap. IV. §. 17. Nicola-  
um Beckmannum, Pufendorfi amulum,  
eiurata tandem Lutherana religione, in Sti-  
ria Romanam amplectum esse. Preter memo-  
ratarum opus de I. N. & G. aliud opusculum,  
inscriptum de *Homine, & Civitate*, edidit Pufen-  
dorbus, in quo, que fusiore calamo in mate-  
re opere doctur; succincte & in compen-  
ditio formam redacta tyronibus exhibet. Plura  
quoque de iure nature & gentium in *Eride*  
*Sædica* edidit.

XV. CHRISTIANUS THOMASIVS  
Lutheranus, Pufendorfi accerrimus defensor,  
in dicacitate, fatyra, maleficientique arte om-  
nibus suis prælat. Inter alia opera que pub-  
lici iuris fecit, sunt sequentia, que ad ius  
nature attinent. *Planior Historia iuris natu-  
ralis &c. Censura circa præcognita iuris pru-  
dentia &c. Fundamenta I. N. &c.* & plura alia,  
que recenset Bruckerus Tom. V. cap. IX. ubi §.  
19. refert censuram quam viri docti inus-  
tur Christiano Thomasio, que est eiusmodi.  
Reprehendunt (inquit) ingenium, ad la-  
tyram quasi natum, & mordaci dicacitate  
in quocumque non sine amaro risu infur-  
gens qui paradoxo, & novis affectibus scri-  
bere tenerent... Addunt valde favere Sec-  
tici, non quod omnem evidentiam neget,  
sed quod dubia ubique ex ambis nectat,  
& coacta industria ageat, verbiq; exaggeret.  
Veritatem porro, aiunt, non ex in-  
termis primitivè fundamentis esse derivare,  
adeoque nec ad sacrarum litterarum fon-  
tes, nec ad accurata rationis principia, nec  
ad genuina antiquitatis monumenta recur-  
rere; sed ratiocinis topicis utentem cæcos  
in iudicando hauri raro carulos parare. Fa-  
vere autem naturalismo, quem vocant, &  
religionis revelatæ interdum officere, scate-  
re libros eius excerptis. *Atheorum, Sceptico-  
rum, Naturalistarum, Sociinariorum*, quos  
unquam Gallia, vel Belgium tulerit; nec  
ea cum verbo divino comparare: abicit  
propter omnem rerum & consuetudinum  
veterum abulum, non vero eas emendari:  
plura dicere eum quam adificare, & om-  
nem religionis christianæ vim ad ratioci-  
nia quedam moralia, prætiam ad naturam  
revocare... Fuerunt quoque nonnulli qui  
animum lævem, aliiq; insulantem, &  
mendaci fama consilium ardentem, homi-  
nibus autem *debetur*, quique sine reli-

gione vivunt, frigidam suffundentem ei vi-  
vo adhuc oblectant, & conscientiam eius  
peculiaribus scriptis excitare fatagunt, quod  
post se: *Ioachimum Wænderium* Theolo-  
gum Rosochensem gravi increpatione fecit  
Anonymus quidam, qui Atheis, & incre-  
dulis occasione eum dare didendi miracula  
molesta, & christiana, omnemque veritatem  
in sacris paginis explicatam, obicit.

XVI. Anonymus laudatus, est, ipse Bru-  
ckero teste, *Ioachimus Langius*, qui *Exerci-  
tationem conscientia ad Cl. Thomasiu* pro-  
pter iniquitatem super præditam in *Program-  
mate* &c. edidit. His mihi testimonis haud  
est opus, ut nullius religionis Thomasiu,  
Lutheranismum extrinsecus profitemem, cred-  
dam. Illius mei iudicii rationes supra indica-  
vi. Qui plura de *Christiano Thomasio*, cuius  
patre *Iacobo Thomasio* scire vult, consul-  
tari laudatur *Bruckerum*.

XVII. Franciscus Budæus Lutheranus *Sc-  
nophium Historie iuris nature & gentium* scri-  
psit. Ex instituto argumentum illud non tra-  
ctavit. In his tamen operibus ipsarum plura  
de hac materia disputat. In institutionibus  
*Theologie moralis* omnia iuris nature officia  
quæ praxim spectant, verlat. Passim Ponti-  
ficios Lutherano more, id est rusticè, cap-  
it. Minus, quam quos recensuit, audax, &  
mordax; at & ipse Lutherane heresios calig-  
ine obductus torvis oculis respicit unicum  
matrem suam; extra cuius sinum æternum pe-  
niturum aberrat cum ceteris suis. Passim eu-  
dem in Pontificios, seu Catholicos imprope-  
na rehellam.

XVIII. Ioannes Gott. Heinricus *Elementa  
iuris nature & gentium* edidit. Quatuor-  
tum illud secundis typis Venetiis prodit, quod  
quidam Italiae nostre semidicti sub initium,  
quasi opus reconditæ doctrinae plenum, amba-  
bus unis suscipiebant. At ex eisdem lectio-  
ne didicere quemlibet ex notis, non Theop-  
gis modo, sed *Caluistis*, eadem veritate præ-  
ter propter argumenta, maiori eruditione,  
perpicuitate, & doctrina. Mihi tamen minus  
ceteris lætis Lutheranis displicet. Dictione cla-  
ra abique furo, non inlelegans. Ceterum com-  
muniter res omnes obvia sunt.

## CAPUT VI.

*Iudicium in methodum qua Christianus Wol-  
fius ius nature exposuit. Parallelus istius  
methodi cum methodo illa quam Scholastici  
servant.*

I. Plura edidit Christianus Wolfius volu-  
mina philosophica, & mathematica.  
De his nec verbum faciam. Sex integris To-  
mæ in 4. ius nature illustravit, de quibus  
paucæ dicturus sum. Et primum in viro hoc  
moderationem laudare deo. Ceteri Luther-  
ani Scriptores, ut Pufendorfi, Thomasius,  
Barbeyracus, Bruckerus, Budæus, & com-  
muniter omnes, in ipsas controversias philo-  
sophicas Romanenses, Papisas, superstitionem  
Pontificiorum intrudunt, dictoria ipsant, cal-  
umnias intorquent fide mala, & fraudesum-  
ma. Oppositam, ad hoc quod attinet, in-  
sistit viam Wolfius. Intra chorum canit, &  
insistentium suum persequitur, quin e via di-  
grediatur. Quare eisdem moderationem, &  
prudentem scribendi rationem debita fraudare  
laude non deo.

II. Verum, si mihi eisdem moderatio placet,  
eo magis displicet illius scribendi metho-  
dis. Quid de hoc ad te: inquit. Tibi displicet,  
placet aliis. Bene habet. At in sculo  
deginus in quo liberum cuique est in ope-  
ra publici iuris facta ingentium ferre. Bacci-  
nati Lutherani, Calviniani, & saperde in-  
numeri, cuiusque nationis & religionis, ad-  
versus Scholasticorum methodum. Carpent van-  
sarium subtilitates, quæstiones inutilis,  
barbaram scribendi rationem. Ecce mihi ead-  
em uti libertate adversus istos Scholasticorum  
contemptores veritum erit? Unum ego præ-  
tibo, videlicet, nullum mihi a calamo exci-  
tate verbum parari, quod Cl. Wolfium perdo-  
ctam Philosophum, & Mathematicum, om-  
nium ore celebratum sedat. Paucæ que di-  
cturus sum, unice spectant eisdem scribendi  
formam, qua iuris nature præcepta, & officia  
exponere ille contendit; at, ut ego quid-  
em arbitror, implicat, & obscuriora efficit.  
Et hæc que dicturus sum, eo tandem recidunt,  
ut quidam scilicet ratiocinationem exaltant; ta-  
meti nec eam precipiant, nec lectione eius-  
modi operum profectum illum capiant.

III. Et primum nemo unus ex Græciæ,  
nemo unus ex omnibus Latii Sapientibus in  
exponendis iuris nature mandatis, & officiis  
proferendis hominum moribus hac metho-  
do Wolfiana usus est. Et, quod nec Græ-

cia, nec Latium novit, Sarmati, Cimbræ,  
Taisali, Teutoni invenerunt? Scholastica doc-  
trina ratio latius sapientiam Græcorum, &  
Latinorum. Damascenus ergo, & Lombardus  
cum adinvenerent? Si opportunior, si facilius  
discipulorum profectus fuisset, sapientium ne  
aciem fugisset? Qui se disputant, notissimi  
methodi scholastici expertes sunt. Scholasti-  
corum docendi ratio, si non corticem, &  
superficiem eisdem, sed modulum, & spiri-  
tum spectes, eadem apud omnes semper  
fuit. Est quippe ratio ratiocinandi ipsi in-  
tellectu veluti ingenta. Quid, amabo te,  
discriminis inter S. Thomæ Aquinatis articulum,  
& orationem Demosthenis, Marci  
Tullii, Livii? Non sane aliud, nisi quod illi  
methodum, in oranda causa servatam, verborum  
elegantiam, figurarum apparatus, elo-  
quentie libertate velint, ornant, venuliam  
que efficiunt; contra Scholastici hinc ornamenta  
& lenocinis fuma causam exutam proponunt.  
Ceterum tam in oratione Tulliana, quam  
in articulo S. Thomæ hæc servatur ratio.  
Primum itatus quæstionis clare proponitur.  
Quæ facilius causæ intelligentie viam  
aperiunt, pura principia certa, de quibus dis-  
putatio nulla est, quid designandum, quid sum-  
mopere advertendum, ut punctum controversie  
intelligatur, præmittuntur: que omnia  
iurico verbo prænotanda, seu præsupposita  
Scholastici vocant. Deinde rationes pro causa  
suscepta oratione simplici, ratiocina, cuiusque  
artificii vacua adducunt. Post obiecta adver-  
sationem resolvunt. Hanc insistentiam S.  
Thomæ, Scholasticorum facile Principes. Hæc  
ipsa ratiocinandi forma præter propter elucet  
in orationibus Demosthenis, Marci Tullii,  
omniumque Rhetorum. Hoc domtaxat di-  
crimen intercedit, quod hinc indicatis ornamen-  
tis suam velint orationem; contra Schola-  
stici, his neglectis, nudam proponant verita-  
tem. Rhetores obrepta via, & veluti per eun-  
ticulos, Scholastici recta, iudicque pectore  
directam humane mentis invadunt.

IV. Verum, ut planior res fiat, ipsam con-  
sultamus experientiam. Vis ratiocinandi, &  
facultas minus communicandi cogitationes  
nostras a natura infusa est. Ars hanc facultate  
perficit, non alias excogitat vias. Porro  
nemo sine in privata, sive in publica oratio-  
ne hanc mathematicam methodum sectatur.  
Fac eloquentissimum Advocatum ad tribunal  
senatorum causam gravissimam sive civili-  
lem, sive criminalem adferre, in ea oranda  
methode Wolfiana utatur, iuxta causæ rati-  
ones seet in propositiones centum. Ut hæc  
probet, iudices mittat ad videndas alias du-



centas, quas iam olim firmavit ut certas. Post reducat in viam iudicis, & alias illis propositiones astat ad confirmandam causam suam. Post commentaria ad singulas propositiones adiciat. Cedo. An non deridendum, sibi illandem Advocatus lise esse exhiberet? Nonne e foro pelletur ut amens?

V. Ultra pergamus. Ascendat Concinator suseptum, adeat Legatus Principem, tractent Politici in senatu gravissima belli & pacis negotia methodi Wolfiani usu. Gravissima iuris natura: precepta, officia hominis in Deum, in se, in proximum explicent: observationem altius inculcent, ut a transgressione legum, & ab officiorum neglectu homines reverent. Republicam, & Principatus controversias vi propositionum, citationum, commentariorum Wolfii veritent. Quid tum? Quae resolutio? Quae conclusio? Quae celeritate qua brevitate negotia expedirentur?

VI. Inepta itaque methodus ista in foro, inepta in senatu, inepta in iussellu, inepta in communi sermone. Ubi ergo opportuna? In iuvenum scholis? Methodo ergo talis imbuendi iuvenes sunt, quam ipsi in nullo hominum commercio, in nulla societate, in nullo tractando negotio adhibere sine derisione valent?

VII. V Wolfius Tom. I. de iur. nat. in proleg. §. 2. contendit, neminem ante se hac via methodo scientifica ius naturae exposuisse. Nec fallitur. Nulli quippe in mentem venerat tam absurda, & praecepta via, spinis & stricibus ubique constituta, nullibi continuata, & plana, sed lecta, & quolibet passu aliqua fossa interrupta. Carpit methodum Pufendorfii his verbis: „Vulgo Pufendorfius ius naturae demonstrasse dicitur. Enimvero qui sic indicant, methodi demonstrativae satis ignaros se te probant, & qui vel in Mathesi, vel in operibus notris philosophicis fuerit veritatis, quantum a veritate distet iudicium, abunde intelligit. Legat ea quae de methodo philosophica, eadem omnino cum scientifica, seu demonstrativa (§. 792. Log.) commentarii sumus (§. 116. & seq. dicit. prel.) & inquirat, num Pufendorfius regulis eiusdem satislacet. Nisi enim in re manifesta caecitate velit, eundem a methodo scientifica tantum abesse deprehendet, quantum distat a terra caelum.“

VIII. Plaudat sibi Wolfius de sua methodo scientifica mathematica, delictis affinis, corde iubilat cum meditando. Interim liceat & nobis asserere, illum dulcissime falli, ac quae illusoribus & chimaricis mentem suam saturare. Methodus mathematica ad demon-

strationes mathematicas conficiendas opportuna, & optima est. Si ad Philosophiam moralem, cuius est hominum societatem regere, formare mores, componere lites, mentem illustrare, coercere appetitus, transferatur, vana, inepta, & perniculosa evadit. Pufendorfius ea usus methodo est quam adhibuerunt alii sapientes viri tum Graeci, tum Romani, tum scholastici; quamquam illa non parum utilis sit. Quippe saepe, quae parvi sunt momenti, proluxa, & impedita oratione versat, involvit; & quae majorem possulant interpretationem, praeterit. Verum navis ille hominis, non methodi, est. Wolfianum opus lectores torquet, exagitat, illos per circuitum agit. Cum illi Wolfianarum propositionum circumflectant artem ingredi, & invadere penetralia velint, ecce hinc valla, illinc foeturae, labyrinthus, & anfractus, quae iter interceptant, & aegrosos populant.

IX. Et ut libere, quod sentio, prodam, Wolfiana methodus suapte natura eo spectat, ut adolescentium cerebra perturbet, eorumque fibras disrumpat, ut in eorum mentes non sentiant, non eruditionem, sed insipientiam, si velent sedulo illarum propositionum connexionem comprehendere, inducat. Quod si neget, dicas velim, quemvis melior tractanda scientiae, suadendaeque veritatis methodus. Illa dubio procul quae facilius, expeditius, clarissime in hominum mentes veritatem deserit. Quemadmodum ea locutio dicitur nobilior, excellentior, quae paucioribus verbis, & maiori perspicuitate cogitationes meas alteri communicat. Atqui methodus Wolfiana per ambages, & circuitus veritatem ad hominum mentes deserit. In quinquaginta propositiones dividit methodus haec doctrinam quae unica, & ad summam duabus propositionibus plenissime exhaustiri poterat. Sed quod methodum illam a Philosophia morali exterminare debet, est, quod illa lectores suos, ut rotas, in gyrum perpetuum circumagat. Ut probet propositionem triglesimam, modo te remittit ad decimam, modo ad quinquagesimam. Illuc pergit, & continuo aliam citationem offendis quae te mittit ad Philosophiam moralem. Arripis iter, & illuc cum perveneris, quasi latus de invento demonstrationis promittit arcano, en tibi obviam alia citatio, quae te remittit ad Logicam: & haec quoque iterum te in gyrum agit ad *Pseudogiam*; & haec te circumagat ad *Cosmologiam*; hinc revocatur ad *Theologiam* naturalem: & tandem aliquando haec te denuo ad *iur. naturae* amandat, ut continenter per hunc te rotas

cir-

## WOLFIIUS §. 148.

Qui ab aliis vult intelligi, vocabulis uti debet, prout fert usus loquendi.

Primum in simplici praefata propositionis difficultate expositione te remittit ad (§. 217. Log.) post ad (§. 273. Psych. Empir.) iterum ad (§. 139. Log.)

Adiicit deinde commentarium in eandem propositionem; & in hoc quoque commentario te denuo in gyrum circumagat: & primum ad (§. 118. par. 1. Phil. praet. univ. verli.) post ad (§. 678. Psych. nat. & §. 286. par. 1. iur. nat.) & iterum ad (§. 139. par. 1. Phil. praet. univ.) Integram paginam implet, ut laudatam propositionem luadeat. Neque hoc contentus sequentem addit propositionem.

## WOLFIIUS §. 149.

Quoniam qui ab aliis vult intelligi, vocabulis uti debet, prout fert usus loquendi.

Quantum haec differat a qua, tute vides; & tamen haec quoque exponit, & te remittit ad (§. 148.) Commentario breviter addiit; & quinquae aliae propositionibus contextis haec addit.

## WOLFIIUS §. 154.

Veriloquium est sermo moraliter verus.

Exponit moraliter verum esse, si verba quae proferis, animi tui sententia exprimit. Quae expolitio adeo vera est, quum necesse sit te remittere ad (§. 150.) & aliam adicere propositionem cum commentario.

## WOLFIIUS §. 156.

Falsiloquium est sermo moraliter falsus.

Eam exponit inquit: „Moraliter falsum est, si verba quae profero, sint a mente tua aliena (§. 152.)“ Quod pluribus explicat, & continuo aliam subiicit.

## WOLFIIUS §. 157.

Quoniam falsiloquium est sermo moraliter falsus (§. 156.) moraliter vero falsum esse potest quod loquitur verum est (§. 153.) falsiloquium non loquitur falsitatem logicam, nec per ipsum probatur falsitas logica.

Adiicit commentarium, & postea alias infarcit propositiones cum commentariis; quibus nullis, haec rescribo.

circulum. Factum tam evidens, & obvium, natio quam obvia & manifesta sunt Wolfii volumina. Vellem ut aliquis eorum quae naravi, periculum faceret. Et sane, ut tu ex opere Wolfiano de iure naturae profectum percipere valeas, opus est ut omnia fere volumina quae edidit, in promptu habeas, eaque in cubiculo non valde angusto bene disposita, & modo ad unum accurrere, modo inspicere aliud, nunc progredi, nunc regredi, nunc pergere ad ultimum, nunc redire ad secundum volumem. Et en in hoc vitioso, atque perniculoso citationum circuitu percurando occupatos lectores, temporisque iacturam gravissimam factam.

X. Quae haecenus dixi, aliquibus exemplis confirmanda sunt, ne pro ingenio illa finisite videat; tamen is omnibus qui Wolfium legerunt, obvia & manifesta sunt. In medium astatim nonnullas propositiones Wolfianas, ut cum Scholasticorum propositionibus conferre quique eadem valeat. Derident novi Wolfiani Scholasticos. Illorum barbaram locutionem contemnant, & paucorum quosdam illorum dicendi formales, pata formaliter, materialiter, naturam naturantem, & naturam naturatam; ac si dicerent gallinam gallinatam, & gallinam gallinatam. Audiamus nunc Terentios, Tullios, Caesaresque illos Cimbricos.

## §. I.

## Census nonnullarum propositionum Wolfianarum.

CHRISTIANUS WOLFIIUS Tom. III. de iur. nat. cap. 11. explicat obligationem circa sermonem. Ex hoc itaque capite paucas transcribo illius propositiones, ut inde quique perspicuatam, breviter, & elegantiam colligere methodi Wolfianae valeat. Sed iterum, antequam id praestol, obsequium, officiumque meum in Cl. Wolfium, tuo voluminum editione celeberrimae, & Mathematicum ingenium, in memoriam revoco. Unice illius methodum, veluti discendis morum disciplinis inutilem, & perniculosa, reiicendam luades & evinco. Igitur prima illius propositio signata §. 148. (neque enim cum capite numero incipit, sed sequitur numerus propositionum antecedentium, quae erant de modo acquirendi derivativo in genere, quibuscum nulla videtur sequentium connexio) est sequens.

Cone. Theol. Tom. VI.

C WOL-



WOLFIIUS §. 164.

Quando ad veriloquium obligamur, a falso loquio abstinere debemus.

Propositiō seipſa cuique nota est, etiam minus acuto; tamen hanc adicit expōitiōnem, & commentarium; quæ omnia transcribere volo.

## EXPOSITIO.

Quando enim ad veriloquium obligamur, cum veriloquium sermo sit moraliter verus (§. 154.) verba nostra cum cogitationibus nostris convenire debent (§. 150.) consequenter, cum lex præceptiva, sit simul prohibitiva contrarii (§. 722. Part. I. iur. nat.) prohibitum est uti verbis quæ a cogitationibus nostris differunt, adeoque ab abſurgendum (§. 163. Part. I. Phil. præct. univ.) Enimvero sermo qui constat ex verbis a cogitationibus nostris differentiis, moraliter falsus (§. 152.) adeoque falso loquium est (§. 156.) A falso loquio igitur abstinere debemus, quando ad veriloquium obligamur; consequenter falso loquium illicitum est (§. 170.) Part. I. Phil. præct. univ.)

## COMMENTARIUS.

Contradictoria sunt verum loqui, & verum non loqui. Sed qui falsum loquitur, non loquitur verum (§. 150. 152.) Ergo qui obligatur ad loquendum verum, est permissum non esse loqui falsum. Manifestum itaque est in eo casu quo ad veriloquium obligamur, falso loquium illicitum esse. E. g. si triuius non est mutuo mihi dandi pecuniam, & necesse sit ut mihi dicas, num mutuo dare velis, non licet dicere, ac verbis fidem tuam astringere.

WOLFIIUS §. 165.

Quoniam ad veriloquium obligamur, quando sine ex officio cuidam erga alios, vel obligationi cuidam contractæ, qua alteri in singulari tenemur, satisfieri nequit, seu quando alteri ius est ad animi nostri sententia cognoscenda, sive perfectum, sive imperfectum (§. 162.) A falso loquio autem abstinere debemus, quando ad veriloquium obligamur (§. 164.) Falso loquium illicitum est, seu ab eo abstinere debemus, quando sine officio cuidam erga alios, vel obligationi contractæ, qua alteri in singulari tenemur, satisfieri ne-

quit, seu quando alteri ius sive imperfectum sive perfectum est ad animi nostris sententia cognoscenda.

WOLFIIUS §. 166.

Quoniam falso loquium repugnat officio cuidam erga alios, vel obligationi contractæ, qua alteri in singulari tenemur, si sine veriloquio neutri satisfieri possit, quando autem satisfieri nequit sine veriloquio, falso loquium illicitum est, & ab eo abstinere debemus (§. 165.) Falso loquium, quod repugnat officio cuidam erga alios, vel obligationi contractæ, qua alteri in singulari tenemur, illicitum est, & ab eo abstinendum, & eodem modo patet, falso loquium illicitum esse, quod est contra ius, sive perfectum, sive imperfectum alterius.

## COMMENTARIUS.

Atque adeo patet, falso loquium in se non esse illicitum, sed illicitum effici repugnantia cum officio erga alios, vel obligatione qua alteri tenetur in singulari, aut, si mavis, cum iure sive perfecto, sive imperfecto alterius. Quando enim repugnat officio erga alterum, aut obligationi, qua alteri in singulari tenetur, cum iure perfecto alterius pugnat. Falso loquium itaque in se non inest moralis quædam turpido; sed eam trahit ab actu moraliter turpi, qui eidem accedit.

WOLFIIUS §. 172.

Si sine falso loquio officio cuidam erga te ipsum, vel erga alios, aut obligationi contractæ, qua alteri in singulari tenetur, satisfieri nequit, falso loquium licitum est. Idem valet, si falso loquium non dicendo violatur ius alterius sive perfectum sive imperfectum. Cum enim obligatio sit necessitas moralis agentis (§. 118. Part. I. Phil. præct. univ.) officium vero tam erga te, quam erga alios, sit actio ad quam emittendam obligamur (§. 224. 229. Part. I. Phil. præct. univ.) officio erga nosmetipsos, & erga alios non minus satisfaciendum, quam obligationi qua alteri in singulari tenemur. Enimvero lex naturæ dat nobis ius ad omnes actus sine quibus obligationi nostræ satisfieri nequit (§. 159. I. Part. Phil. præct. univ.) Ergo dat etiam ius ad falso loquium, quod sine eo officio cuidam erga nosmet ipsos vel alios, aut etiam obligationi contractæ, qua alteri in singulari tenemur, satisfieri

satis-

satisfieri nequit; consequenter in hoc casu falso loquium licitum. Quod erat primum. Nemo quicquam facere debet quod est contra ius alterius (§. 201. Part. I. iur. nat.) adeoque ius alterius nullo modo violatur licet (§. 239. I. Part. Phil. præct. univ.) Quod si ergo saltem non dicendo violatur ius alterius, sive perfectum, sive imperfectum, cum lex naturæ det nobis ius ad actum, sine quibus obligationi nostræ satisfaciere non possumus (§. 159. Part. I. Phil. præct. univ.) consequenter hi actus liciti sunt (§. 170. I. Part. Phil. præct. univ.) fallum dicere tum licet; consequenter falso loquium licitum. Quod erat secundum.

## COMMENTARIUS.

Exemplum habemus in obſetricibus Ægyptiacis, quæ a Rege iussu necare in partu masculos infantes Hebræorum, hoc minime fecerunt, sed Regi persuaserunt, mulieres Hebræas tanta facilitate parere, ut antequam vocatae adesse possint, partus iam sit in lucem editus. Sine ipsarum enim falso loquio vita masculorum Hebræorum servari minime potuisset; immo nec propria saluti consulere licuisset obſetricibus. Exemplum aliud extat apud Plinium Lib. III. epist. XVI. ubi Arria falso loquio solatur Patrum maritum. Egrotabat enim Patrus, & filius, uterque moriturus. Cum filius desessisset parentibus carissimus, fœtus ei ita paravit, & exequia duxit, ut ignoraret maritus, & quocumque cubiculum intraret, maritus interrogant, quid ageret, puer respondebatur eum bene quiescere, & libenter cibum sumpturum. Erat hic falso loquium medium evitanda periculum mortis a marito, quod partim a terrore, partim a nimio angore animi imminere videbatur.

WOLFIIUS §. 216.

Si ad veriloquium non obligamur, nec tacere datur metu periculi, nobis, vel alius imminenti, falsum loqui licet. Etenim, si tacere non datur, aut verum, aut fallum loquamur necesse est: quod per se patet. Quod si ad veriloquium non obligamur, nec moraliter necesse est ut verum loquamur (§. 118. Part. I. Phil. præct. univ.) cum quilibet tacere non detur, nec simpliciter est fallum loqui (§. 184.) Quamobrem, cum quilibet operam dare debeat ut sibi caveat a malis corporis, atque fortunæ, quantum in potestate sua est (§. 138. Part. I. iur. natur.) eadengue ab aliis,

quantum datur, avertere debemus (§. 608. Part. I. iur. nat.) adeoque, vel nobis, vel aliis periculi aliquod imminet ex veriloquio, id officio erga nosmetipsos, vel alios repugnat: veriloquium efficitur illicitum (§. 170. Part. I. Phil. præct. univ.) consequenter metu periculi, nobis, vel aliis imminenti, falsum loqui licet.

## §. II.

Nomulla animadversiones in recensitis propositionibus Wolfii.

LET ut ab ultima initium capiam, plura quam centum paginas implet Wolfius propositionibus circiter 167. de suis veriloquio & falso loquio. Vix unum textum sanctorum scripturarum allegat ad aliquam propositionem firmandam. Solum, ut errorem suum de licito falso loquio confirmet, exemplum obſetricum Ægyptiarum in medium affert. Cui affuit aliud exemplum, narratum a Plinio de Arria solante Patrum medio mendacio; quod tamen ille non mendicatum, sed falso loquium vocat. Quare etiam celebres Icti Lutherani verborum, & rerum notiones pervertunt, cum illorum interest. Nec illos poltea pudet epulmodi defectum quibidam Casuilis nostris improperare. Si loco Plinii legisset Wolfius Augustinum (lib. de & contr. mendac.) simile exemplum invenisset. Porro distinctio falso loqui deliberata mendacio tam nova, & vana est, quam est cuiusmodi methodus. III. Recensitas propositiones ex centum & amplius idcirco excerpti, non ut eandem doctrinam expenderem, aut refellerem id quod cum vero pugnat; sed ut methodi Wolffianæ vanitatem evincerem. Vidisti multiplicatas propositiones, proxima commentaria, ut id probetur quod sua natura cuique ratione prædico notum est. Quæ paucissimas declarari verbis possunt, plures implet paginas. Confule loca citata, que in textu suis explanationibus, ut te in circuitu suorum librorum continet; & vix ullum invenies in quo id evincatur quod promittitur. Quam implexa postea sit locutio, quam singula, non est quod patefaciam. Res ipsa loquitur, & Scholasticorum causam orat.

III. Si postea vocabula que ipsi apertiores Scholastici non exceperant, desideres, dabo aliqua, que in oculis incurrit; nec enim abuti oratio licet in his quæ iustis. Loc. citat. cap. v. §. 953. inquit: Dispendium est,



est, acrum dolosum, aut culposum sit periculum.

Wolffius Philosoph. pract. iuris. Part. I. S. 1. Scientia affectiva est scientia voluntatem, & voluntatem ad actus suos determinandi.

## §. II.

Scientia practica est scientia locomotivam facultatem, vel etiam cognoscitivam determinandi ad actus externos, vel internos voluntatis, & voluntati conformiter exequiendi, vel omittendi.

IV. Mille similes propositiones excerpere potest ex Wolff operibus. Sed pauca quas recentius, latis sunt ad Wolfianorum, & Lutherorum retundendam dicatitatem, & superbiloquentiam illam, qua scholasticos Theologos deridendo propinare solent. Provoce illos, ut vel ex uno alicuius nominis Theologo scholastico excerpant propositiones istas similes quas nunc ex Wolff adduci. Quin, si omnia Scholasticorum dumeta percurramus, tot spinas, tot anfractus, tot salebras non offendemus. Nullius mihi sane Scholastici lectio tantum tædi, fastidique attulit unquam, quantum unius Wolff lectio. Inopras, vanifimaleque quaestiones veriant illorum plures non repugno. Sed de his modo sermo non est. Temporis, personarumque defectus illi sunt. Methodum, qua res etiam mihi Scholasticis versant, cum methodo Wolfiana comparavi, optinam, peripicam, facientque afferimus. Quid? An non optima illa methodus qua homo fusa genias, nugas, cavillationes uno veluti aspectu exponit, ut exemplo earumdem, & insuper eorum omnium que contra oppositi ponunt, callentissimus efficiaris? E contrario Wolfiana methodus te in propositionum labyrinthum detrahit, ibique te in perpetuum rotat circulum. Quid? Scholasticis quiquillas, vanas subtilitates velant? Esto. Sed, ut dixi, clara, & obvia methodo. Wolffus controversias luminis momenti dilipit, sed methodo implexa, fluctuosa, spinis, dumetis, anfractibus, mæandris, salebris undique oblecta. At quod rem conficit, est Scholasticis qui ius nature illustrant, an omnes alicuius momenti controversias quas Wolff versat, tractant ipsi prius? Quid tibi mali afferat quod inutile quoque quaestiones discutere illi voluerint? Tu fruges elige, relictis glandibus. Quamquam plurimæ (non dico omnes) Scholasticorum controversia, que vocantur inutiles, non prorsus carent utilitate, re bene pensata. Quid

quod, si propositiones Wolfianas ad severam criticam revocemus, plus stribilibus, quiquillarum, & fastidiorum in eisdem reperimus quam in pluribus alicuius nominis Scholasticis? Sed ea est humani palati infirmitas, ut omnia nova eidem sapiant. Quando primum scholasticæ dapes mentis appofite fuerit, dulcissimæ omnibus erant; elapso congruo tempore viluerunt. Quis fidem oppignoraret suam, eas non primum indepturas locum?

V. Breve specimen eorum quæ Wolffius suis lex Tomis de iur. nat. tractat. Tomus I. quatuor capitibus concluditur. Capita ista in §§. 1265. distributa sunt. Primum ius, & onera hominum, eorum libertatem, æqualitatem, & alia que hinc consequuntur, dilipit. Secundo capite officia hominum erga semetipsos, quo nempe iudicio corporis contentationem, & perfectionem comparare, quibus tibus corpus nutrire, quibus induere velibus, qua industria expellere morbos, vitare ebrietatem, ceteraque noxia, qua patientia sustinere adversa, & qua moderatione prospera fortuna uti debeat, & plurima alia exponit. Tertio capite edidit officia hominis erga alios. De amore proximi, inimicorum, de ignominis, de calumnis, conviciis, detractionibus, de fama, & vite defensione, de homicidio, aliique pluribus disputat. In quarto capite cultum quo colendus, amandus, & orandus fit Deus, manifestat. Sed omnia oratione adeo sicca, stylio adeo arido, & salebroso dividit, fecat, involvit, ut eadum, non amorem excitet. Plura docet gravibus obnoxia centuris.

VI. Alter Tomus includit dissertationes de primæva rerum communiōe, de dominio, & modo idem acquirendi originario, & de obligationibus, ac iuribus ex dominio oriandis. In tertio Tomo disputatur de modo acquirendi derivativo, seu de translatione dominii, de veritate in sermone manifiestanda, seu verilogio, & falsiflogio, de sinceritate, simulatione, & dissimulatione, de promissionibus, & pactis, de iureiurando, & votis. Unicus inter Lutheranos, quos legere mihi licuit, est qui, votorum onera solvenda ostendens, non carpat vota monastica, eaque superfluitate polluta efficit. Tomo finem imponit tractatibus de modo constituendi alteri ius quoddam in re sua, de derogatione presumpta, de usurpatione, & prædicatione. In quarto, & quinto Tomo valla contractuum provincia exornat. Sextus Tomus ad meas non pervenit manus.

VII. Specimen istud tibi exhibere volui,

ut comperum tibi sit, nullam ab istis dispici controversiam que non sit a nostris prius enucleata. Nec Wolffio, five ceteris Lutheranis, Calvinianisque vitio verto, quod nova nobis non exhibeant; sed illorum thrafonticam iactantiam, qua Scholasticis, veluti stupidis & truncis, inulstant, iure retundo.

## CAPUT VII.

Tres Scholasticorum classes. Postrema ius nature & gentium, omnibus pensatis, felicibus pro cunctis Novatoribus exponit.

I. Scholasticorum chorum ducit Petrus Lombardus. Horum Principes sunt S. Thomas Aquinas, S. Bonaventura, Albertus Magnus, Alensis, Scotus, Durandus, Antonius. Secunde classis sunt Caetanus, Victoria, Sotus, Molina, Suarez, Valquez, Iaveluna, Bannez. Postremæ classis Sylvius, Medina, Comitolus, Lessius, Corradus, Salmanticensis, Gonzalez, & mille similes. Hos quoque nominavi, quod menti occurrerint primi, salvo erga alios obsequio, officioque.

II. Si cum unius S. Thomæ Aquinatis doctrina de iure nature & gentium opera que ab infami defectione Martini Lutheri ediderunt heterodoxi transalpini, compararem; non lever causæ meæ præiudicium inferem. Quæ siquidem nocturnam cum sole, pigmeorum cum gigante comparatio? Fateor me, repugnante animo, hac in scenam inducere. Sed ad hoc me remittentem coegerunt & transalpini novatores, & scitum plures Italie nostræ, qui, neglectis frugibus quas domi habent, glandes, & quiquillas extrinsecas conquirunt. Sex solæ quaestiones Angelici Doctoris de hominum officiis, de legibus, de iustitia & iure præstant omnibus que de iure nature & gentium edidere Pufendorfus, Thomafius, Budæus, Wolffius, ceterique omnes eiusdem sectæ. Si solam methodum, & perspicuitatem spectes, in admirationem te actum sentis. Una oculorum acie quaestiones statum, & que in utramque adduci partem possunt, unaque cum causæ resolutione conspicias. Vix verbum superflui, quin quot verba, tot, ut ita dicam, lententia. Phrasæ opportuna: si elegantior esset, veritatis gravitatem, & maiestatem fucaret; si neglectior, illam sedaret. Blaterent Ovidius, Clericus, Thomafius, ceterique Profectionem: quoniam veram illi orationis notionem ignorant. Si excipias plures voces, formulae loquendi, quas utis tunc invexerat

(quæque ipse Marcus Tullius, si animi sententia melius, & facilius exprimit, probat; & illarum non paucas istius nature in S. Thomæ sermone esse solus amens inficiabitur: ) si, inquam, eiusmodi voces excipias, in quo auctore reperies Atticum illum nitorem, concinnam illam brevitatem, qua, omnibus ad vivam refectis, veritas in animum tuum seipsa nuda, clara, splendida illabitur? Una sola voce præ alia posita, non raro graves evanescent difficultates. Plurimos tum antiquos, tum novos, Scriptoris legi. In aliquibus integros libros, in aliis plura folia attentæ mentis indagare læpe meditari opus mihi fuit, ut alicuius controversiæ decisionem eruere. Unum consulo Thomam; & ecce mihi hinc omnia quæ contra, illic omnia que pro me sunt, vel unico conspectu profusa. Si de metaphysica scientia sermo sit; quis hoc in genere cum Aquinate vel longe comparandus? Deus immortalis! Quæ profunditas mentis, que vis acuminis, que ratiocinii efficacitas, que rationum soliditas, que rerum omnium dispositio, quis ordo mirabilis, que omnium rerum comprehensio? At caruit, inquam, lingue Græcæ notitia. In humiliorum causa federe iudex nolo. At quid, si tali ornamenta caruisse Thomam concederem? Ingenium ne Aquinatis hoc idiomaticum egebat, ut nature arcana penetraret? Lingua Græcæne utis idcirco utilis est, ut Græcorum Sapientum consilia scripta valeant. Quid, si ingenium Thomæ nullis Græcorum ingenis in acuminæ, iurique nature comprehensione inferius esset? Quid, si omnibus tum Græcis, tum Latinis in hac scientia præliiterit? Necessaria ne tum illi fuisset illius idiomatici cognitio? An ignorantes Græci, quod linguas exoticas nescierint? Neque hæc sic intelligas veniam, quasi parvi faciam lingue Græcæ peritiam. Abiit tam enormis decipio. Plurimum illam facio, dum divine Scripturæ, dum genuina Auctorum sentia, dum alia eruditioris puncta sunt definienda. Adde, ad ipsa nature iura penetranda illis omnibus viri-ssimam esse eiusdem lingue noticiam qui ingenio mediocri præditi sunt, qui Græcis Doctoribus inferiores cum sint, illorum Scripturam opte proficere hoc etiam in genere valent. At, cum S. Thomas Græcis ingenio superior fuerit, in Metaphysicæ scientia plus illi Latine uli essent, ut Thomam intelligant, quam Thomas Græcæ cognitione, ut Græcos legat. Quamquam nec lingue Græcæ indoctus proflus Thomas fuit; sed cum noticiam eiusmodi lingue habuit que



sat erat ut in gravioribus difficultatibus consulere Graecorum scripta posset. Dicant nobis Oudinus, Clericus, Thomafius, Barbeyracus, ceterique Protestantés, quis amorem tam vastam idolare Patrum tum Graecorum tum Latinorum eruditionem valet, ac unquam Thomas? Eius scriptum, quod *Catena aurea* nuncupatur, an non quid divini portendit? Incredibilis ille laetantiarum Scripturarum usus ad quamlibet suam confirmandam doctrinam, nonne memoriam mithridatica virescens prodit? Sed quid ego actum ago, & in si vana ligna affero? Innumeri sunt qui Aquinatis doctrinam dignis celebrantur eologis. Censores illi qui eisdem ingenium, sane prodigiosum, cuique auro, cedroque digna opera flocci faciunt, homunculi sunt, quos libido, furor, voluptas, & turpia scelera ita fascinant, ut vel ipsum communem sensum experiant. Quare deridendi hi sunt, non refellendi.

III. Si secunda classis Theologos spectes, quos, quæso, ex transalpina heterodoxia cum alijs illorum comparandis in exponendo nature iure? Caietani acumen loco prodigii habitum suo tempore fuit. Quis illi in difficultatibus arcanis nature iuris respondentis comparandus? Celebriores S. Thomæ interpretes legi. Nemo, mea quidem sententia, CAIETANO æqualis. Sint alij eruditiores, sint faciliores, abundent perspicuitate. Sed vis quidquam ex iis didici. Ad eraditionem quod attinet, alibi maiori in copia nunc habetur quam in quolibet Angelici commentatore. Verum, dum aliqua doctrina abstrusa, & difficilior occurrit, Caietanus ceteris aliis affirgit, & rem penitus invadit, penetras, referatque arcana omnia. Quod postea ad divinas Scripturas pertinet, teste doctissimo, & morum probate feceratissimo Mazzochio, Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonico, & linguarum exoticarum callentissimo, atque toto operum eruditionis immense editione celeberrimo, Caietanus in Scripturarum divinarum interpretatione inter celeberrimos interpretes respicendos. *P. Franciscum Victoriam* universa Hispania, aculissimum ingeniorum feracissima, ut summum Magistrum venerabatur. Eius Relationes res de bello, de potestate civili, & de natura iure transalpinorum heterodoxorum, sibi quasi vindicantiam primam eisdem iuris illustrationem, ora penitus obtulit. Ingens de legibus volumen eximij Doctoris *Francischi Suarez* praveat omnibus operibus que hoc de argumento vulgantur. Pufendorfus, Budeus, Thomafius, Volius, ceterique omnes ex Protestantibus. Qui fuerint totius, Mo-

lina, Vasquez, Lessius, Bannez, illorum de iustitia, & iure volumina patefaciant. *Christofomus Javelus* faculo & amplius ante Pufendorfum, de homine, de civitate, & imperio de civitate christiano maiori eruditior, copia quam Lutherani septemtriones scripsit, ut patet ex eius secundo ingenti volumine.

IV. Verum sermonem odij, invideique plenum, & solum cogitibus præsatis transalpinis susceptum, in pauca contrahere libet. Aio ergo, Grotius, Pufendorfus, Thomafius, Wolfius a nostris utroque quidem sana doctrina in eorum operibus continetur. Lege Pufendorfum *de homine & civitate*: & nisi in quolibet mediocri Scholastico meliora de eodem argumento inventurus sis, herbam tibi porrigere velim. Aliqua vox diversa occurret. Quod nostri vocant tractatum *de officiis humanis*, illi officium hominis appellant. Ceterum, si voces elegantiores, & phrasæ amœniores frequentius in Pufendorfio quandoque quam in quibusdam Scholasticis nostris, occurrunt, non est tamen quod absolute aut ipse, aut ceteri illius sectarii gloriarum vel in hoc ipso genere valeant, ac si Terentiano, vel Tulliano polleteret eloquio. Quin dico illorum esse hoc punctum dissimulare. Nam deridendum se propinaret qui contenderet, in lingua Latine pericia excellit laudatos Teutonos. Itaque, dum nostris postrema classis Theologos comparo Grotius, Pufendorfus, Thomafius, Budeus, Wolfius in iuris nature interpretandis arcanis, non partium studio indulgeo, sed favorem eisdem profequor. Erunt qui hanc meam comparisonem, veluti nimio partium affectu partam, improbatum sint. Verum, quod isti dicunt erunt, cum mox demonstravero, præfatos omnes corruptos, & sales turpiter errasse in hac oranda provincia! Unum ab his excipio HUGONEM GROTIUM, virum revera doctum, gravem, moderatumque, ut alia dixi. Is viam communem periecutus est in hac tractanda causa, nempe rationis, & auctoritatis. Scripturas divinas, Patres, Canones, Doctores scholasticos, Summistas, Philolophos, Poetas, Oratoresque consuluit: alios ad ornamentum, alios ad confirmandam causæ doctrinam adhibuit. Et hoc est quod ceteri heterodoxi, Pufendorfus, Budeus, Barbeyracus, vitio Grotio vertunt. *Nimis sollicitus est in corrigendis Graecorum, & Latinorum Scripturarum testimoniis, dum aliiquid iuris naturæ & gentium esse, probare soluit. . . . Adde, quod hunc revelationem, & naturæ aliunde ferri fecit: Thomafius Hist. iur. nat. c. vi, §. 2. Ve-*

Verum habet. Grotius Scripturas, Patres, S. Thomam, Caietanum, Victoriam, aliosque Theologos passim laudat. De Scholasticis hec scribit in proleg. num. 52. *Qui his successerunt Scholastici, quantum ingenio valent, sepe offendunt; sed in infelicia, & artem bonarum ignara secula incidunt. Quominus mirum, si inter multa laudanda, aliqua condonanda sunt. Tamen, ubi in re morum consentium, vix est ut errorem, in pe persequerentur admittunt ad ea vitanda que in pe persequerentur admittunt. In quo ipsi aliorum dictis reprehendi possunt. In quo ipsi tamen diversa tenent studio, laudabile præbet modestia exemplum, rationibus inter se certantibus, non qui mos super adeo inquinatæ cepit, concivis turpi metu impotentis animi.* Hæc sola que Phoenix Belgicus promit, factis sunt ad propulandas aliorum, quos memoravi, adversus Scholasticos impoluras. Porro, qui Grotius graviter moderateque causam oravit, licet a communionem Romanam secesserit, licet eisdem opus a Romana Sede prescriptum sit, utpote erroribus featus; tamen non sine laudis præfatione eisdem meminimus. Utinam levisset similitudinem adest officio Pufendorffius, Budeus, Barbeyracus, Thomafius, ceteroque scholasticos, simili lenitate exciperem. Ad adeo isti acretes sunt, asperij, superciliosij, thraones; & totius fere generis humani, demptis Lutheranis, & Calvinianis, derisores, ac contemptores, ut nisi acerbiori sermone propallari illorum impoluras vis possint.

## CAPUT VIII.

*Hobbesius, Cumberlandus, Pufendorfus, Thomafius, Barbeyracus, Heinicus, Wolfius, ceterique transalpini heretici solo nature lumine, sublata auctoritate omnium doctrinarum Scripturarum, tum antiquarum Scripturarum, interpretantur iure naturali, non ut ipsas divinas Scripturas, neque nature decreta, humano subficiunt ratiocinio.*

I. DUM quorundam Casuistarum laxas, perniculolaeque opinioni pleno in lumine collocare soleo, ut erroris gravitas, morum corruptio, animarum pernicies, & cetera abrida que inde proficiunt, evidenter pateant, lectureque ab illorum Moralistarum lectione absterream, defensores Casuistarum inclamare solent, me illorum sensu adusterrale, propositiones eorumdem minus sincere restitisse. Quam falsitatem, & manifestissimam impoluram non semel penitus

profigiavi. Protestantium aberrationes in methodo humanae societatis, dirigende medijs nature legibus, adeo sint crasse, adeo enormes, ut merito verear ne & ipsi Caluistarum randiculantium cationem sint adoptaturi. Porro, ne id facere audeam, duo præstabo. Primum ipsorum verba transcribam, ut velle homines in his que sunt nature iuris, sublata qualibet auctoritate, five Scripturarum, five Patrum, five quorumque tum demonstrabo, hunc esse gravissimum errorem.

II. Et ad primum quod attinet, Thomas Hobbesius non modo solo nature lumine civem suum regere contendit, abstrahendo a lumine divino; sed ipsas divinas Scripturas humane libidinis ratiæ & potestatis. Illic verba dedimus supra: ideo ne actum agam, ab illis referendis speretudo. Quod quod impius ille iocosi loco divinas habet Scripturas, quarum auctoritas tam varia per ipsi-plura est, quam diversi sunt gradus fumationis potestatum, sine quarum auctoritate, & approbatione nullus esse roboris Scripturas divinas esset.

III. Richardus Cumberlandus *form. prelim. §. 27.* hec scribit, *Verum in sequenti tractatu consultum duximus, intra Philosophiæ fines nos totos continere, ac proinde omnino abstinere a questionibus theologicas de iure domini divini. . . . nec consideravimus, quantum detrimenti facultates hominum qui nunc sunt, passe sint & peccatis protoplastarum, de quibus & Scripture testimonium iudicium ferendum est; sed legem naturalem, & SOLA, cuius nos confisi sumus, ratione, & experientia conati sumus probare.*

IV. Samuel Pufendorfus ab ipsis suis Lutheranis veluti erroris pollutus fuit, quod lumen rationis a revelationis lumine separaverit; ut fassetur implemet Pufendorfus, qui in sua *Eriale Scandinavia* refert in præfat. ad Lectorem, que scribit Ludovicus Sekendorffius contra talem methodum his verbis. *Equidem methodum illam quam Dni Samuel Pufendorfus a principiis revelatis abstrahendo secutus est, in se reticere nolim, nec ipfius hypothesis eandem cum HOBBESTIANA iudicare, multo minus aculeatis disceptationibus, que inde surrexerunt, me ingerere cupiam; pro modo tamen ingenio meo, tantam utilitatem qua a separatione principiorum naturalium a iure divino revelato, seu, quod eodem fere recidit, a Decalogo queritur, perspicere non possum quanta prima fronte videtur. Est enim verum sit quod Ethnicus, qui S. Scripturas*



pro vera, aut regula actionum humanarum non habet, ex sola ratione, & illo lumine quod saltem apud plerisque, & cultissimas nationes agnoscitur, informandum sit: tali tamen modo in christiano orbe scribere, & fundamentum iuris divini revelati, postponere, aut negligere, non adeo necessarium est, Turce, atque Ethnici libros nostros latinos, aut alia lingua conscriptos non legunt: cum illis efficacius quidcumque maximo, & gladius, aut, si quid cum isleum spero commercis, & similibus negotiis tractetur, principia iam nota sunt, & horum præcipuum, nempe utilitas, mutua subtili disceptatione haud constat: Hæc ubi claudicat, aut cessat, frustra ratiocinari instituit. Enim vero e recentibus hypothesebus (contra mentem quidem & scopum Auctorum) præterea nostra, & verbum Dei quiete magis assidens, incertitas animum arripit, ut veteres regulas, que apud ipsos tamquam Christianos merito videri debebant, non amplius magis agi assint; recentibus autem haud constantem fidem adducunt, & per aliter quam quatenus exposcunt. Unde & hodie plures quam unquam alias, clantur homines qui Principum, ac Rerumpublicarum destinatis qualibetscumque laxis illis, & per probabiliter corruptis principis facile assentiri, colorem allinere possunt.

V. Non negat Pufendorfus se hac via inaccessibile, quin aperte id fatetur, & hanc suam methodum propagat, ut veram, his verbis ibidem. Igitur nihil iniquissimè videbimus, si parem libertatem, quam in alios sibi sumpsi Sekendorfus, in ipsum quoque exerceamus. Pufendorfus igitur meus est, in universale deducendum esse e principis lumine rationis cognitum, quo illud sit ad captum omnium hominum, quancumque circa sacra persolvendum foreant, quod idem idoneum sit ad dirigendum omnia inter se hominum actiones, nullo religionis discrimine. Hominum societatem moderari magister Pufendorfus contendit, nullo religionis discrimine. Hoc est Lutherane Reformationis unum ex confectariis, de quo iam iam dicturi sumus, quam monstrosum sit. Factum propositum confirmandum non est.

VI. Christianus Thomaeus in suo opere inscripto, *Fundamenta iuris naturæ, & gentium, ex sensu communi ducta*, cap. proem. §. 17. hæc scribit. Debitus est etiam Scriptores iuris naturalis, utpote quod cordibus omnium hominum inscriptum est, abstrahere a revelatione, & scriptura sacra; cum natura, & revelatio, tamquam aëria principia, non sint confundenda. Sed paucissimi

quidem id observarunt. Quin potius communiter Scriptores iuris naturæ magno cumulo immiscere solent loca Scripturæ; quomvis plerique diverfas habuerint intentiones scholastici doctores, ut sub pretextu vel divini conscientias hominum magis sub tyrannide teneant, ac tum rationibus eas ligare non possent, auctoritatibus falsarum sacre Scripturæ interpretationem eas tenerent.

VII. Similia & peiora repetit ibidem §. 10. Nunc vero cum eadem fato cum Pufendorfus satis expertus fuerim, provocatio ad sacram Scripturam magis irritari crabrones, quam si ea abstinetur, & præterea hec illa positiva universalis a meipso iam iterum fuerit destructa, ac denique hypothese ista de fundamento iuris naturæ in statu integritatis querendo iam sit fere sepulta: ratio iuris naturæ modo dicta suadet ut a sacris litteris, & a statu integritatis plane abstraham. . . . Uticam Scripturæ sacre scopum esse vitam felicem futuri sæculi, doctrinam autem moralem, & totam irrisprudentiam intendere solent VERAM felicitatem vitam præferunt. Audisti doctrinam hominis Lutherani? Veram tibi spondet in hac vita felicitatem, missa doctrina revelata, que futuram beatitudinem spectat.

VIII. Ioannes Barbeyracus in præfat. ad opus Pufendorfii §. 32. abstrahendum a divina revelatione in tradenda iur. nat. scientia suadere nititur. Idque ille ipse decantat in præfat. ad tractatum Moralis SS. PP. pag. 8. ubi contra P. Cellier scribit: Ius naturale, & morale, nixum solo rationis lumine, se tractasse in universa sua præfat. ad Pufendorfium. Sed, quid Auctoris illius in audacia, & impudentia Thomæus haud inferioris, verba transcribo, si omnes & Latinorum Scriptores contemnit, omnemque auctoritatem de medio aufert.

IX. Heinnecius in præfat. ad elementa iur. nat., At, si dicendum quod res est, boni illi viri vix secum expendisse videntur, quam parum ponderis apud gentes, iuris Romani ignaras, & a christiana pietate alienas, habitura sint argumenta, ex iure Iustiniano, sacris Pandectis, iure Pontificio, Thomæ, Alberti Magni, Bonaventuræ, & aliorum operibus deproptata. Apud Plautum Mostell. III. l. vers. 29. consilium a domino Theopride, Tranio servus, quid nunc sciendum censeat, quando ea omnia facta neget vicinus que ipse retulisset? lepide, ac percallide respondet.

Ego!

Ego! quid censeat?  
Cape, obsecro hecete te, cum eo una iudicem?  
Sed cum videro ut capias qui credat mihi.  
Tam facile vives, quam vulpes pirum comest.

Idem vereor ne pollutent ii qui se iura belli, pacis, fœderum, omnesque, que inter gentes intercedere possunt, controvertant, vel ex legibus Romanis, vel ex iure pontificio, vel ex iuris veteris, novique fœderis libris, vel denique ex vallis Philosophorum scholasticorum commentariis se lolophorum vel pollutentur. Iudices enim potulant eos qui his libris, sibi, que in eorum auctoritate fretis, credant: pollicenturque victoriam tam facilem, quam si vulpes pirum comedit. Quid vero, si gens quædam cum Turcis, vel Sinenibus, vel Iaponibus de violatis fœderum legibus expolulet? His sollicit facile perlicem futuri sæculi, doctrinam autem moralem, & totam irrisprudentiam intendere solent Iureconsulti, aut Pontifices Romani, vel Thomas Aquinas, sed ipsi Prophetæ, ac Apostoli scripserunt. At ego dicam eos credo non facilius conlocaturis ac Turcas, si Mahumetem, aut Sinenes, si Conscium suum nobiscum iudicem capere velent.

X. De Christiano Wolfio non est quod textus transcribam. Iam supra ostensum fuit, Auctorem hunc sola methodo mathematica iuris naturæ regulas tradere: & facto res conat. Percurritur sex iuris naturæ Tomos: vix unam aut Scripturam, aut Patrum auctoritatem offendens, ad quam seu ad supremum tribunal, in causa dubia litem revocet. Scripturam, quos hoc in capite recentii, methodum sequuntur ceteri fere omnes heterodoxi Scriptores. Lutheranis, qui Scripturam, & antiquitatem ecclesiasticam ubique iactabant, iam Scripturæ, & antiquitate amandatis, ad fides demonstrationes mathematicas morum regulas exigunt.

## CAPUT IX.

Hobbesii, Cumberlandii, Pufendorfii, Thomæ, Heinneicii, Barbeyracii, Wolfii, & aliorum, abstrahentium a doctrina revelata in exponendo naturæ iure, aberrationes patefiant.

I. UT Lutheranorum aberrationes nos, post expolitum in media luce factum, cui tota innititur causa que est in manibus, illo: nempe missa doctrina revelata, solo

naturæ lumine dirigere humanam societatem, disputandi ratio pollutat ut ideam iuris humanæ naturæ promamus, eisdem vires, morboque sincere exponamus, eisdemque enim idoneam porrigere ægroto medicinarum medicus potest, nisi infirmitatis naturam comperit habeat: nec pericula apta applicari oculo valent, nisi gradus visiosis, lege debilitatis & hebetudinis ocularis pateat. Ut in malorum & infirmitatum naturæ humanæ descriptione ordo aliquis servetur, primum corporis, post animi agilitudines exhibebo.

II. Hieronymus Olorius eleganti oratione humanæ naturæ infirmitates describit. Ut enim, inquit ille *Lib. I. cap. I. de iustitia celesti*, a natali cuiusque die capiamus exordium, & omnes vitæ partes oratione perscrutantes, tandem ad illius exitum veniamus: horam nullam videbimus aut dolore vacuam, aut labore solutam, aut metu liberatam, sed ætatem omnem molibus, difficultatibus, & infinitis calamitatibus, aegroribus involutam. Vitæ initium a fetu ducimus, membrisque devinctis, in terram abiecti, vium dolorum ingredimur. Cetera animantia prædidit naturæ teçta, atque vestita in lucem prodeunt. Homines nudi, omnibus egentis, in mundum venientes sua primordia misera & ærumnosa siccibus laborantur. Si quæ teneram ætatem morborum incommoda comitantur, lætæ, vix perlegi oratione vales. Quæ tua nutrices, que sollicitudo parentes afficit? Quibus vitæ periculis obnoxii pueri non sunt? Pubertatem cum attingunt, que æstuum perturbatio, que amorum, voluptatumque procellæ animum & agitant: Illecebre, voluptates, pecunia & dolirosus emptus, necesse incidunt. Quid, cum adulta ætate imperandi, dominandique libido animum inflammant, invidia consistit, odium arriat, consumitque? Quid, cum varia, multiplex, & infinita cupiditas spiritum invadit, ipsamque naturam tot morbis oppressam dilacerat? Quid si temperantes illas turbulentissimas, que varios status auptorum, mercatorum, imperantium obident, commemoraverit? Adde lubricam amicorum fidem, sociorum proditores, rerum civilium turbines, paupertas, inopia, atque miseriarum fluctus. Adde cædes, infidias, supplicia, dedecus, ignominiam, & reliqua mala, quibus vita florens, vel momento temporis quasi impetu quodam turbida tempestatis obruitur, vel in lumina laborum omnium contentione tandem absumitur. Quid autem ipsius ætatis

exte-